



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Per alluvionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

vionem esse tuum, per patentem esse prædicti tui vicini.

4. Rursus insula, quæ per alluvionem solet de novo nasci, nasci potest primò in alto mari, quod sub nullius dominio sit: Secundò in medio fluvio: Tertiò, in eodem fluvio, sed propè tuum agrum: Quartò in eodem fluvio, sed propè agrum vicini. His positis.

Dico in hanc sententiam: Si primum, insula, est primi occupantis: Si secundum, dividatur inter te, & illum, qui est è regione positus: Si tertium erit tua, etiam si deinde fufim, & latenter extendatur usque ad vicinum: Si quartum erit vicini, ejusdemque erit similis latens extensio.

5. Denique sic aio: Si alveus fluvij divertat in aliam partem: novus alveus fiet publicus, vel ejus, cujus erat fluvius: Antiquus verò accedet iis, qui agros utrinque habent. Quod si fluvius ex tuo agro Insulam faciat, nemo dubitat Insulam esse tuam.

6. Hæc vel sancita sunt in variis legibus, quas affert Molina loco citato alique passim, vel ex aliis deducuntur, quas vide passim apud Doctores, Molinam tom. 1. disput. 57. de Lugo tom. 1. de iustitia, disp. 6. section. 13. à num. 157. apud quos etiam invenies, An hæc accrescant usufructuario, an domino proprietatis, an emphyteutæ, an feudatario, quæ sunt quæstiones pertinentes ad iurisperitos.

Per Adjunctionem.

7. Querimus: An quando aliquid alienum adnectitur tuæ rei, totum fiat tuum, v. g. partem vestis pretiosæ alterius confuis tuo vestimento, vel gemmam alienam tuo annulo inferis. An tota vestis, annulusque fiant tua. Tua esse coligitur ex §. Quod si partem Instit. de rerum divisione, cum obligatione tamen, semper supponimus, reddendi domino æstimatione suæ rei.

8. Verùm, sic est distinguendum. Vel primò res aliena non potest separari, salva tota re, ut si non purpureæ vestis pars, sed lana, seu fila purpurea aliena fuerint intexta cum tuis aliis, vestimenque composuerint: & tunc non dicetur purpura adjuncta tuo vestimento, sed vel admixta cum tua, vel confusa in tua, quia pars tua separari nequit, salvo vestimento: imò non raro, nec discerni poterit ut si ejusdem rationis, colorisque essent tua, & aliena fila; atque de hoc loquitur §. citatus, & nos à num. 11. loquimur: sicuti de admixto dicemus à num. 15.

9. Vel secundò, res aliena potest dici, ac separari à tua; & tunc verè dicitur adjuncta, ex de Lugo tom. 1. de iust. d. 6. c. 13. num. 160. & ejus tractatio pertinet ad hunc numerum; In quo casu omnis æquitas requirit, ut pars illa adjuncta remaneat sui domini. Ita Dicastill. l. 2. de iust. tract. 2. d. 5. d. 9. num. 184. & 190. cum enim partis illius dominium nunquam dominus amiserit, & ex alia parte discerni, & separari possit: cur non sit separanda, ac domino restituenda;

10. Sed quid dicendum de ædificiis, & plantis, quæ solo adjunguntur? Respond. 10. ut ædificij dominus fias, debes in proprio solo illud construere, §. cum in tuo, Instit. de rerum divis. nam si in alieno, ejus erit ædificium, cujus est solum, modò dominus soli tibi solvat expensas, si bona fide processisti: nam si mala, nihil tibi debebitur.

Idem dic in plantis, domino nimirum soli eas cedere §. si Titio, Instit. de rer. divis. compensatis tibi expensis, si bona fide plantasti: nam si mala, nihil merito habebis. Lege Castr. de iust. in genere, d. unica, pag. 20.

Per Confusionem.

11. Tunc res tua, & mea dicuntur confundi, quando non potest ex ipsis jam confusis assignari ulla pars, quæ non sit mea, & non tua. Mifces, v. g. vinum tuum cum vino meo, tuum lac, cum meo lacte, assignare poteris: hanc verbi gratiâ, guttam esse tuam, hanc esse meam: Non ita. Pari modo si ex tuo vino, & meo meo fiat mullum; si ex tuo ære, & meo argento, vel auro fiat

Per Alluvionem.

1. Dico (quantum ex hoc capite) nam si diu emptor tenuit cum gravi damno domini rem, tunc debetbit

2. Inquire: Quanto tempore hic emptor malæ, ut cum ille bonæ fidei potest retinere rem furtivam empta, tractet cum fure de retrahendo suo pretio: Respo. 10. secundum moralem prudentiam, ex circumstantiis est determinandum, præ oculis habita illa regula, ut ex hac præsumptione (quæ certe non valde longi temporis esse debet) non redundet in novum damnum domini. Vides

3. Lugo citatum n. 37. Si rem furtivam mala fide mihi donatam mala fide accepi; omnino me illam debere domino restituere, autem fuit, jam dixi modò num. 21.

4. Certe, ut item de acquirentem alteri obligatam.

5. Nihil hic dubium de re alteri hypothecata, seu obligata quam ego forte emis, seu per hereditatem acquisivi inficius ejusmodi obligationis: Domum, v. g. accepi à Petro iusto pretio centum aureorum; deinde apud eum esse obligatam Francisco in aureis viginti, an debeam eos viginti Francisco solvere? Respondeo. 60.

6. Quis est doctrina, me debere, vel solvere, vel tractare? Respond. 70. licet postea regestum habeam contra Petrum venditorem. Ratio est, quia tunc urget radix restitutionis ex re accepta; sicuti enim, si emissem eam domino, non fuit nullum ego in eam dominium acquisivissem:

7. Cum tunc secundum illam partem respondentem viginti aureis non acquiro dominium saltem plenum, & perfectum, quia secundum illam obligata est creditori, & per hoc ejus est ea pars. Si vendidisset tibi eam domum is, qui erat in extrema necessitate, re non obligat, Valeamus in Diff. n. 1. Debitum, diff. 11. Verùm, si vide apud de Lugo dicta d. 17. sect. 3. à num. 95. res est tuam tassim centus.

8. Si acquisivisses hereditatem paternam, verbi gratiâ, quæ verè non sufficiat ad Patris debita; ad nihil teneris in conscientia, etiam si non feceris inventarium. Quod si bona hereditatis sufficiant, sint tamè vincula, debes solum ex fructibus solvere eadem patris debita: hæc debita sint contracta post institutum vinculum: si fuissent contracta ante vinculum institutum: vel si fuissent contracta ab institute revocabiliiter dictum vinculum, debes ex Capitali Solvere; ut brevibus docet alius citatis, Bonacina tom. 2. circa 4. Decalog. præd. disputat. 5. part. 4. num. 10. quia antecessoris bona tempore transierunt cum onere quod habent restitendi cujusque suum.

9. IV. Occasione prædictorum, explicamus quandònam per conjunctionem res aliena tranfit in meum dominium, ita ut non debeam rem ipsam in individuum.

A multa usui erit explicatio, quam paramus ad hæc: quoniam propterea universaliter est tractandum, ut ne miteris, si ad alia, quæ hujus loci non videntur, diveramus: Id enim facit, ut ea omnia, quæ de ejusmodi conjunctione ignorari non debent, hic in unum collecta Lector addiscat.

1. Quatuor modis hæc conjunctio formari, & esse potest: Primò, per alluvionem: Secundò, per adjunctionem: Tertiò, per confusionem: Quartò, per admixtionem.

2. Alluvio in legibus, Instituti. de rerum divisione, præterea quod per alluvionem, & deinceps alia est patet, alia latens. Latens est, quando per alluvionem aliquid insensibiliter tuo fundo adjungitur. Patens quando ex fluminis vi detrahitur aliqua pars fundi tui vicini, & transfertur in fundum tuum. His positis.

3. Dico augmentum fundi factum per latentem alluvionem esse tuum, per patentem esse prædicti tui vicini.

4. Rursus insula, quæ per alluvionem solet de novo nasci, nasci potest primò in alto mari, quod sub nullius dominio sit: Secundò in medio fluvio: Tertiò, in eodem fluvio, sed propè tuum agrum: Quartò in eodem fluvio, sed propè agrum vicini. His positis.

5. Dico in hanc sententiam: Si primum, insula, est primi occupantis: Si secundum, dividatur inter te, & illum, qui est è regione positus: Si tertium erit tua, etiam si deinde fufim, & latenter extendatur usque ad vicinum: Si quartum erit vicini, ejusdemque erit similis latens extensio.

6. Denique sic aio: Si alveus fluvij divertat in aliam partem: novus alveus fiet publicus, vel ejus, cujus erat fluvius: Antiquus verò accedet iis, qui agros utrinque habent. Quod si fluvius ex tuo agro Insulam faciat, nemo dubitat Insulam esse tuam.

7. Hæc vel sancita sunt in variis legibus, quas affert Molina loco citato alique passim, vel ex aliis deducuntur, quas vide passim apud Doctores, Molinam tom. 1. disput. 57. de Lugo tom. 1. de iustitia, disp. 6. section. 13. à num. 157. apud quos etiam invenies, An hæc accrescant usufructuario, an domino proprietatis, an emphyteutæ, an feudatario, quæ sunt quæstiones pertinentes ad iurisperitos.

8. Querimus: An quando aliquid alienum adnectitur tuæ rei, totum fiat tuum, v. g. partem vestis pretiosæ alterius confuis tuo vestimento, vel gemmam alienam tuo annulo inferis. An tota vestis, annulusque fiant tua. Tua esse coligitur ex §. Quod si partem Instit. de rerum divisione, cum obligatione tamen, semper supponimus, reddendi domino æstimatione suæ rei.

9. Verùm, sic est distinguendum. Vel primò res aliena non potest separari, salva tota re, ut si non purpureæ vestis pars, sed lana, seu fila purpurea aliena fuerint intexta cum tuis aliis, vestimenque composuerint: & tunc non dicetur purpura adjuncta tuo vestimento, sed vel admixta cum tua, vel confusa in tua, quia pars tua separari nequit, salvo vestimento: imò non raro, nec discerni poterit ut si ejusdem rationis, colorisque essent tua, & aliena fila; atque de hoc loquitur §. citatus, & nos à num. 11. loquimur: sicuti de admixto dicemus à num. 15.

10. Vel secundò, res aliena potest dici, ac separari à tua; & tunc verè dicitur adjuncta, ex de Lugo tom. 1. de iust. d. 6. c. 13. num. 160. & ejus tractatio pertinet ad hunc numerum; In quo casu omnis æquitas requirit, ut pars illa adjuncta remaneat sui domini. Ita Dicastill. l. 2. de iust. tract. 2. d. 5. d. 9. num. 184. & 190. cum enim partis illius dominium nunquam dominus amiserit, & ex alia parte discerni, & separari possit: cur non sit separanda, ac domino restituenda;

11. Sed quid dicendum de ædificiis, & plantis, quæ solo adjunguntur? Respond. 10. ut ædificij dominus fias, debes in proprio solo illud construere, §. cum in tuo, Instit. de rerum divis. nam si in alieno, ejus erit ædificium, cujus est solum, modò dominus soli tibi solvat expensas, si bona fide processisti: nam si mala, nihil tibi debebitur.

Idem dic in plantis, domino nimirum soli eas cedere §. si Titio, Instit. de rer. divis. compensatis tibi expensis, si bona fide plantasti: nam si mala, nihil merito habebis. Lege Castr. de iust. in genere, d. unica, pag. 20.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN